BEDA VENERABILIS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. VERSUS
Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 49v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31712
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Veni in hortum meum soror mea
sponsa mea. Veni inquit sepissime
in ecclesiam meam. immo hoc facere
nullo modo peregrinationis eius tempore desisto.
Venio autem ut et errantes corrigam
et infirmantes adiuuem. et dubi
tantes in fide confirmem. et bene age
tium fructus perfectis. quasi suauis
simis dapibus pascar. et certantes.
ab hostium defendam insidiis. et
uictores hostium perpetue mer
uisionis remunerem. Messui mi
rram meam cum aromatibus meis. Per
mirram designantur hi qui uel marti
rio uitam finierunt. uel ipsi carnem su
am crucifixerunt. cum uitiis. et cum
piscentiis. per aromata generali
ter omnes qui bonorum operum sunt fama in
signes. Metitque myrram suam cum aro
matibus ~~meis~~ suis. quando matres suos. cum
ceteris electis. uel ad maturitatem quoque
donate sunt perfectionis peruenerint. quadam
quasi falce mortis. ab hac uita
precidit. atque ad interna superne bea
titudinis cellaria perducit. Comedi
fauum cum melle meo. bibi uinum.
cum lacte meo. Fauo comparantur hi.
qui in literis sacris dulcedinem sensuum
spiritalium inuestigare. atque ad sa
lutem audientium dilucidare per
dicando nouerunt. Melli assimi
lantur qui ad positas sunt epulas uerbi.
libenter gustare. hisque insatiabi
liter uesci desiderant. Item in uino
fortes. ac summi celestium predicato
res. in lacte autem infirmi adhuc
auditores exprimuntur. Et cum hor
omnium. uitam diuersis quidem studiorum
modis distantem. sed una superne retri
butionis spe. communem intentionem arbitrat
adprobat. quasi fauum cum melle co
medit. uinumque bibit cum lacte suo meo
Non solum autem ipse piis electorum actibus
delectatur. sed ad tale mentis conuiuium.
id est ad congaudendum bonis sanctorum desi
deriis. fideles quoque suos hortatur dum
continuo subiungit. Comedite amici
mei et bibite. et inebriamini caris
simi. id est uos quoque qui mihi estis amici fa
ciendo. quae precepi uobis. estis et carissimi
me integra caritate amplectando.
obsecro. ita factis sanctorum. quasi epu
lis precipuis. precordia uestra replete.
nec tantum hec in memoriam reuo
care curate. sed ipsam eorum memoriam.
ad imitationis fructum conuertite. Hoc
est enim. post esum nos faui. et mellis. postque
potum uini. et lactis inebriari. non
solum demirandis bonorum uirtu
tibus gaudere. sed has quoque sequi.
ac per earum retractationem torporem
nostre mentis discutere. atque ad amo
rem eternorum uiuacius accendere.
Et contra dicit propheta quibusdam. Come
distis. et non estis saturati. bibistis. et
non estis inebriati. Comedit namque epu
las mense uitalis. sed non satiatur. bibit ca
licem salutaris. sed non inebriatur. qui
uerba quidem scripturarum didicit. iustorum
exempla cognouit. nec suam tamen
uitam mutauit. moresque correxit.
Bibit. sed non inebriabitur. qui precepta